





Epistle for the Sixth Sunday After Epiphany


L 
 Lecti-o Epístolæ be-á-ti Pauli Apósto-li ad Thessalonicénses.


F 
 RAtres: Grá-ti-as ágimus De-o semper pro ómnibus vobis, memóri-am



 vestri faci-éntes in ora-ti-ónibus nostris sine intermissi-óne, mémores ó-



 peris fíde-i vestræ, et labóris, et cari-tá-tis, et sustinénti-æ spe-i Dómini



 nostri Jesu Christi, ante De-um et Patrem nostrum: sci-éntes, fratres, di-


 lécti a De-o, e-lecti-ónem vestram: qui-a Evangé-li-um nostrum non fu-it



 ad vos in sermóne tantum, sed et in virtúte, et in Spí-ritu Sancto, et in


 plenitúdine multa, sicut sci-tis qua-les fu-érimus in vobis propter vos. Et



 vos imi-tatóres nostri facti estis, et Dómini, excipi-éntes verbum in tribu-




la-ti-óne multa, cum gáudi-o Spí-ritus Sancti: i-ta ut facti si-tis forma




óm-nibus credéntibus in Macedóni-a, et in Achá-ja. A vobis enim diffamá-




tus est sermo Dómini, non solum in Macedóni-a, et in Achá-ja, sed et in




omni loco fides vestra, quæ est ad De-um, profécta est, i-ta ut non sit




nobis necesse quidquam loqui. Ipsi enim de nobis annúnti-ant qua-lem



intró-itum habu-érimus ad vos: et quómo-do convérsi estis ad De-um a



simulácris, servíre De-o vivo, et vero, et exspectáre Fí-li-um ejus de cæ-



lis (quem susci-távit ex mórtu-is) Jesum, qui erípu-it nos ab ira ventúra.